Psalmus.LXXXV.in quo mo
net ad orationem.
Christus ex forma ſerui ad pa-
trem ait.

Inclina ad me aurem cle
mentie tue et exaudi me vt de-
ſideria mea compleant. inclina di-
co quoniã inops ab alio nõ habẽs opẽ
et pauper ꝑ me ſum ex pte hũanitatis
loquit. q̃ ex ſe nihil habere poteſt niſi q̃d lar
gitate diuinitatis acceperit.
In hexaudi me pater Cuſtodi aiaꝫ meã
et meoꝝ ab omnibꝰ ſcandalis ꝯtra inſidia-
tores. quoniã ſctũs ſum in me et mei et
ſunt ſanctificati in baptiſmo. ſaluum me
fac q̃ ex obedientia tua formã ſerui accepi
et meos q̃ tibi vnanimiter ſeruiunt deus
meus ſperantem in te.
Miſerere mei domine quoniaꝫ ad
te clamaui pſeueranter et inſtanter leti
fica animã ſerui tui. q̃ multis amaritu
dinibꝰ cõtriſtaᵗ liberando me ab eis quo-
niam animã meam leuaui ꝑ deuotio
nẽ et ardentẽ amorẽ non deorſum declina-
ui ad terrã ſed leuaui ad te vbi eſt vera le-
ticia et ſine fine ſecuritas.
Ideo aiaꝫ meã leuaui ad te Quoniam
tu domine ſuauis es. qꝛ poſt amaritu
dinẽ huiꝰ ſeculi dulcis es ad te recurren
bus mitis quia diu ſuſtines peccatores
et copioſus in miſcdia qꝛ licet ſint in-
numeroſa nrã pctã multo abũdantior eſt
tua pietas q̃ tot relaxat offenſas omnibꝰ
inuocantibus te.
Ideo Auribus percipe orõeꝫ meam
et intende voci deprecationis mee
dando effectum orationis mee quam pro
me et meis fundo.
Tempore tribulatõis mee clama-
ui ad te licet ei oĩ tpe deus ſit exorandus.
enixiꝰ tñ in tribulatõe eſt inuocandꝰ quia
exaudiſti me ꝓ tua clemẽtia p̃teritis tem
poribꝰ in alijs meis pcibꝰ.
Merito clamabo ad te qꝛ o dñe. Non ẽ
ſimilis tui in dijs. i. in poteſtatibꝰ huiꝰ
ſeculi ſiue in celeſtibꝰ creaturis. ſcꝫ nec ĩ no-
bilitatẽ ſubſtantie. nec ĩ magnitudine potẽ
tie nec ĩ magnificẽtia admirabiliũ ope-
rũ tuoꝝ et generaliẽ nõ eſt qui ſimilis ſit
tui ad quem clamare potuiſſem tu me ſta
tim liberare potes ꝑ tua voluntate.
Uere non eſt aliquis ſimilis tui. quoniam
Omnes gentes. i. aliqui de omni gente
venient per fidẽ de cultu ſuo ad tuum
cultũ te adorantes et venerantes et glo-
rificabunt nomen tuũ. i. glorioſũ pdi-
cabunt.
Uere nõ eſt tibi ſimilis. Quoniam ma-
gnus es tu cui poteſtati nullatenꝰ valet
aliq̃d cõparari q̃ nulla mutabilitate cõuer
tiẽ. ſed ſp in nature ſue glã pſeuerat et faci
ens mirabilia tu es deus ſolus qui
et ſi alij faciunt tua virtute faciunt et per te
faciunt.
Oraẽ pro membris Deduc me domi
ne. id eſt. meos in viam mandatoruꝫ
tuoꝝ q̃ via iuſta et ſancta eſt. et politus in
ea ingrediar in veritate tua proficien-
do de virtute in virtutẽ letetur cor meũ
de ſpe remunerationis ſemper tamẽ ti
meat nomen tuũ timore caſto.
Quod ſi feceris nõ ero ingratꝰ. quoniam
Confitebor tibi confeſſione laudis in
toto corde meo. et glorificabo no-
men tuũ in eternum.
Quia miſcdia tua magna ẽ ſuper
meos. qua maior dici nõ poteſt et erui-
ſti animã meam. i. meoꝝ. ex infernali
damnatione.
Chriſtus ex pſona ſerui de paſſione loqueẽ
ait. Deꝰ iniqui. i. iudei. inſurrexerũt
ſuper me volentes me cõprehendere et ñ
ſolũ iniq̃ inferiores. ſꝫ etiã ſinagoga po
tentiũ iudeoꝝ queſierũt aiam meaꝫ.
vt me interficerent et non poſuerũt te
in conſpectu ſuo. i. obliti ſunt tui.
Ipſi ita Et tu domine deꝰ miſerator
qꝛ ſingulis creaturis miſcdiam faciẽs mi-
ſericors qꝛ ſempꝫ pia eſt ipa natura diui-
nitatis patiens qꝛ peccatores ſuſtinet et
ad votuꝫ ꝯuerſionis inuitat. et mltẽ mi-
ſericordie qꝛ peccata indulget. et verax
implendo promiſſa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Reſpice in me dominē et miſerere
mei celerrima reſurrectione ſubueniendo
da poteſtatem iudicij mihi innocē-
ti ſuꝑ omnez creaturam et ſaluum fac
filiuz beate marie que dixit ecce ancilla
domini.
Fac mecum.i.imple in me ſignum Jo
ne ꝓphete vt ſic ille ſtetit in ventre ceti trib⁹
diebus et tribus noctibus.ſic ego tantum
ſim in corde terre qđ reſurrectionis ſignuz
erit in bonum q꞉ ꝑ illud declarabitur vir
tus tua.ſpes credētium confirmabitur et
iudei qui me oderunt videntes me
reſurgere confundentur intelligentes
ſe male egiſſe.et quoniam tu domine
adiuuiſti me in certamine et conſola-
tus es me reſuſcitando me a mortuis.

¶Pſalmus.LXXXVI.in quo mo
net toto corde aſpirare ad celeſtez
hierusalem.

¶Propheta in laudem eccłie pro-
rumpens ſub nomine ciuitatis cō-
mendat eum primo a fundamētis
dicens.

FUndamenta ei⁹
ſcz eccleſie in montibus ſan-
ctis ſcz prophetis et apoſtolis
qui poſt chriſtum qui eſt ꝑncipale funda-
mentum.fundauerūt eccleſiam in fide xp̄i
qui apoſtoli dicuntur etiam montes pro-
pter altitudinem virtutū. ¶Secundo cō-
mendat eccleſiam a portis ſcz ſacramentis
eccleſie dicēs.diligit dominus portas
ſion.id eſt.eccleſie ſacramenta.ſuper om
nia figuratiua et cerimonialia cul-
tus veteris teſtamenti ¶Tertio com
mendat eccleſiam a celebritate fame dicens
Glorioſa dicta ſunt per ꝓphetas nō de
illa figurali q̄ cecidit ſed de te ciuitas di
¶Quarto cōmendat eam a multitudine
ciuiū cum in ꝑſona chriſti ait.
Memor ero non tantū populi iudeorū
ſed omniū gentiuz ꝑ Raab et Babilon
deſignatarū vt euocent ad me et ħ mediā-
tibus ſcientibus me.i.apoſtolis quibus
p̄ceptū fuit cūctis gentib⁹ p̄dicare.
¶Quorꝫ p̄dicatōne conuerſi ſunt gētes.
Tirus ſcz et populus ethiopum.ho
rum multi fuerunt recepti in eccłia
in chriſtum credentes ex quib⁹ ipa ciuitas
dei eſt conſtructa.
¶Numquid ſinagoge poterit ħ glorio
ſum ꝑſuaderi q᷑ homo natus eſt ī ea
qui ſaluabit eā et ipſe idem eſt qui fun
dauit eam in quantum deus qui eſt al-
tiſſimus.
Certe ſic perſuaderi poteſt et tanq̄z veriſſi-
mū p̄dicari.quoniam Dominus q̄ men
tiri nō poteſt.narrauit in ſcripturis ꝓ-
phetarum que credite ſūt populo iudeo
rum q̄ xp̄s verus deus erat ⁊ verus homo
hoc etiam narrauit in ſcp̄turis apoſtolo-
rum qui principes eccleſiarum fuerūt.
¶Quinto cōmendat eam propheta a be-
atitudine ſuꝑna incōprehenſibili ad quam
ſumenda eſt poſt iudicium
O ſion ſuperna.Omnes qui in te ha
bitant iocundi ſunt et vere letātur
quia gaudium et leticia inuenientur in te
vbi felicitas perfecta.et iocunditas cōſum
mata.

¶Pſalmus.LXXXVII.
¶Chriſt⁹ ex forma ſerui ad patrez
orans ait.

DOmine deus auctor
ſalutis mee.id eſt.immunitatis
mee a peccato omni tempore
clamaui coram te.id eſt attente et perſe
ueranter.
Et quia ita clamaui Sit accepta con-
ſpectui tuo oratio mea et a te ſit exau-
dita per effectum.
Opus eſt vt me exaudias Quoniaz re-
pleta eſt anima malis.i.dolorib⁹.anxi
etatibus.vñ ipſe dicit.triſtis eſt aīa mea vſ-
qꝫ ad mortem.et aīa mea in inferno ap
propinquauit.dū trador ad mortem.
Eſtimatus ſum cum deſcendenti-
bus in lacum.inferni.putauerunt enim
iudei me peccatorem vnū de illis qui neceſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf